



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XX. Precaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

XX. PRECARIA.

IN Christo venerabili patri, &
domno illi Abati de monasterio
sancti illius, quod est in pago illo
super fluuium illum constructum,
ego in Dei nomine ille precursor.
Accessi ad vos ut re pro portione ve-
stra, in loco nuncupante illo, qui est
in pago illo, quam ego ille ante hos
dies per venditionis titulum dato
precio, sancto illi, seu vestro mona-
sterio adfirmaui, hoc est in ipsa por-
tione mansum ad commanendum,
casticiis, superpositis, terris arabili-
bus, mancipiis, ingenuis, his nomi-
nibus, vineis, pratis, syluis, pascuis,
vel quicquid ibidem aspicit vobis
delegauimus, sed postea taliter vo-
bis supplicauimus, ut ipsam portio-
nem ad usum beneficij ad excolen-
dum quandiu ad uiuo mihi praesta-
re vel relaxare deberetis, quod ita

Cc iii

406
& fecistis. Propter ea hanc pre-
ciam , manu mea vel bonorum ho-
minum firmatam , vobis exinde
emisimus, ut annis singulis censum
denariorum tot ad luminaria sancti
illius , & illa decima de omnibus
fructibus , quicquid supra ipsam
conlaborare potuerimus die illo,
quod eueniet festo ipsius sancti il-
lius pro hoc vobis dare, & adimple-
re faciam. Et si negligens aut tardus
de ipso censu ad illud placitum ap-
paruero , fidem exinde vobis legi-
bus faciam , & ipsam rem dum ad-
uiuo per vestrum beneficium tene-
re & usufruere faciam ; in ea ve-
ro ratione, vt aliubi ipsas res nec ve-
dere, nec donare, nec alienare, nec
ad alias casas Dei delegare, nec in
naufragium ponere , nec ad pro-
priū facere , nec heredibus meis in
alode derelinquere pontificium nō
habeam ad faciendum , nisi post

meum discessum , vna cum re im-
meliorata vel superposita quicquid
ibidem inuentum fuerit, absque ul-
lius iudicis contradictione pars mo-
nasterij vestri ad vestrum faciat re-
uocare dominium. Si quis vero.

XXI. C O M M E N D A T I A .

IN Christo filio Ecclesiæ illi , in
Dei nomine ille Abas, de mona-
sterio illo sancti illius , quod est in
 pago illo , vna cum consensu fra-
trum nostrorum. Dum & tua fuit
petitio, & nostra decreuit voluntas,
ut duas partes darem pro portione
nostra in loco nuncupante illo , qui
est in pago illo , quem tu ipse ante
hos dies per venditionis titulū dato
pretio de thesauro sancti illius no-
bis vendidisti, sed postea taliter no-
bis supplicasti , vt ipsius portionis
duas partes, in prædicto loco illo, ad
vsum beneficij ad excolendum ,

Cc iiiij